



**D. DIONYSII // A RICKEL CARTHVSIANI, // de perfecto
mundi contemptu, // ut pius ita utilissimus heptalo- // gus**

Dionysius <der Kartäuser>

Coloniae, Nov. 1530

De duplici incitamento diuini amoris.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55472)

Affectus
pius i de
um mere
tur æter-
nam bea
titudinē.

omnis operatio ex mortali nascens peccato, infernaliter promeretur tormenta. Quotiescunque itaque mens nostra in deum afficitur, toties æternam beatitudinem promeretur, seu ampliore diuinae visionis claritatem. Ideoque hic sumus nobilitatis profectus, & optimus omnium laborum fructus, frequens, ardensque mentis in deum affectio: & quo in eum vberius feruentiusque erigimur, eo prorsus vehementius nobilitamur, delectamur, atque proficimus. Denique sicut ignis consumit stram, sic dilectionis affectus accendit peccatum, peccatique poenam. Sed & sicut charitas, summa est virtus: sic actio eius saluberrima extat. Propterea quicquid de diuinis, & ad diuina pertinentibus, meditationi mentis occurrat: ad dei dilectionem, & eleuationem mentis in deum mox referre debemus: vt scilicet siue beneficia dei, siue passionem Christi, seu aliud quippiam cogitemus: enitiamur semper ex his in diuinum amorem compungi. Sed in omnibus istis ab immoderata lætitia, a dissolutione cordis, a rursu inani, pro viribus omnino abstinere oportet. Hæc quippe sollicitudinem, diligentiam, & recollectionem cordis impediunt atque effundunt: & qui illis lætatur, diuina utique consolatione indignus efficitur.

De duplici incitamento diuini amoris.

Art. VIII.

Psalm. iij.



Vo res melior est, eo amabilior est, & quod optimum est, summe vique est amabile. Quoniam ergo deus benedictus naturaliter ac essentialiter bonus est, & immensa, perpetua, puraque bonitas, in qua est omnium desiderabilis.

rabilium, omniumq; pulchrorum infinita ac incomprehensibilis plenitudo: videlicet æterna sapientia, incircumscriptibilis maiestas, omnipotens virtus, inobtenebrabilis splendor, inexcogitabilis pietas, pax summa atq; dulcissima, ardentissimus amor, iucundissima felicitas, gaudiosissima vita, indeficiensq; imperium. Propterea ipse summe & naturaliter, & itē propter seipsum desiderabilis est atq; amabilis. Primum itaque inflammans animā in dei amorem, est propria eius bonitas, seu contemplatio bonitatis diuinæ in seipsa. Secundum autem est, speculatio munificentiae & beneficiorum ipsius. Naturale enim est eum diligere qui alteri bona impendit, & circa eum munificus sit. Quo itaque beneficia diuinæ munificentiae circa nos plura maioraque sunt, eo deum feruentius obligamur diligere: & grauius quoque peccamus, non diligentes. De beneficijs autem ac misericordijs Dei nostri super nos, postmodum mentio erit. Igitur iam nunc dilige anima mea dominum, ama deum creatorem tuum: amplectere & complectere eum intra teipsam. Munda affectum & præpara ei locum, quoniam prope est omnibus inuocantibus eum. Noli obliuisci gratias, ac misericordias eius: sed dic ei cum sincero suspirio, Nomen tuum & memoriale tuum domine in desiderio animæ meæ. Rursusque, Ne auertas faciem tuam a puero tuo. Non enim o anima pacem extra eum inuenies, non conscientiae serenam quietem, non ueram consolationem, nec desiderij tui satietatem. Porro si ei constanter adhæseris, si ei perseueranter clamaueris: trahere me post te, si faciem eius incessanter quæsieris; cito utique apparebit

Perfectiones diuinæ.

Psal. 144.
Psal. 102
Esa. 26
Psal. 66.

Cantico,

Psalmo. 33

rebit tibi, & conuertet cor tuum in se, stabilien-
 & illustrans te in sui contemplatione atq; amo-
 re: & tunc veraciter gustabis, quoniam suauis est
 dominus. Admirabiles em̄, dulcissimas, & miran-
 dissimas subiū delectationes ex diuino fonte, et
 bono deo hauries & experieris: & ex tunc deip-
 et tibi caro, omnisque indigna & carnalis ob-
 ctatio contemnetur a te: & quod tibi paulo ante
 laboriosum extitit, mentem, s. a multis abstrahere,
 re, & in deo figere: iam promptum erit, atque
 cundum. Veruntamen in primis necesse est, circa
 purgationem passionum insistere, & extirpare
 re hominem ordinare, atq; in consideratione do-
 minicæ passionis, & humilitatis, humanitatis
 Christi animam exercere: & sic demum ad
 dos diuinę bonitatis affectus cor leuare, atq; ad
 lucidissimas, inuisibiles, incorporeas, ac simplicis-
 simæ diuinitatis contemplationes mentem auer-
 lere.

Quod ad sedulam cordis custodiam, per
 magnum incitamentum sit, seria de diuina
 maiestatis præsentia cogitatio.

Art. I X.

Diuina
 pñtia sę
 & in oi-
 bus cogi-
 tata quid
 efficiat.



Ille est atque peruersum, plus vere-
 rari vel timere hominum vultus
 quam diuinum conspectum. Quia
 taque pacto mi dilectissime frater
 audemus Deo spectante cogitare
 quod homine audiente non audemus probere
 Deniq; quomodo non erubescimus ea deo
 ciente appetere, quæ coram hoibus cõfundunt
 operari vel dicere? Sed & qualiter audemus
 diuini vultus præsentia facere, qđ honesto adq;